

presens non fuit, dictus Henricus imperator ^o1 diu habuit ipsum s.
 Lamb. c. 10 Heribertum suspectum, quasi ipse habens scilicet apud se insignia
imperialia, que a prefato Ottone ^o1 ipse superstes receperat, temphaverit
in alium transferre regni dyadema. Mansit igitur inter hos sanctos
 viros duos videlicet Heribertum archiepiscopum et Henricum ^o1 im-
 peratorem II. ^u1 qui etiam ipse postmodum canonizatus ³1 fuit, ^u1 simu-
late ^u1 pacis longa discordia et simultas. ^v1 Cum igitur imperator
 multa ad rem non pertinencia archiepiscopo sepius ^o1 imponeret, que
 tamen idem archiepiscopus sustinuit patienter, tandem imperator
 adveniens Coloniam et indignantem animum contra archiepiscopum
 gerens ab ipso tamen archiepiscopo ^u1 fuit officiosissime susceptus.
 Nocte itaque ^{sequi} ~~adveniente~~ imperatori somnium capiente apparuit in
 visu sibi stare vir terribilem vultum habens, sacerdotali infula de-
 coratus, sibi dicens, quod nichil sinistrum contra virum dei Heriber-
 tum ulterius ^u1 molebatur. In crastinum ^a1 igitur augustus in throno ^b1
 residens ex industria per internuncios immensam pecuniam ab
 ipso archiepiscopo exigens, quod tamen in animo non gerebat, dum
 archiepiscopus ad eum ingrediretur ^c1 et mestus deploraret calump-
 nias, ^d1 quas ab ipso innocens sustineret, astantibus quidem nonnullis
 consiliariis animum imperatoris contra archiepiscopum inflaman-
 tibus ad indignationem, ad hec augustus surgens de throno pro-
rupit in amplexus ^e1 et oscula sancti viri, confitens se fuisse contra
eundem malorum consilio depravatum, et de commissis in ipsum
 ab eodem veniam suppliciter expetivit. Dum igitur trino ^f1 fuis-
sent hii ^g1 duo sancti viri sub testimonio trinitatis osculo federati,
erubescences adversarii dilabuntur, et imperator ^h1 atque archi-
 episcopus iuxta se in solio ⁱ1 collocantur de negociis reipublice ^k1

^o1 imp. Henr. 2. p. 1) Ottone III. 4.4.4." q) enim (1) add. 2. x) II. deest 2. s) canonizatus 2. cano-
 izatus 3. canonicatus 4.4.4." 1) fuit deest 3. u) simulante 2. simulante pater (1) 3.
^v1 simulantes 3. w) sepius deest 2. x) sepius add. 2. y) episcopo 4.4.4." 4) ulterius deest 1.
^a1 crastino 3. b) thono 3. c) ingrederetur 2. d) calumnias 4.4.4." e) amplexum 2. f) thono 2.
^g1 hi 4.4.4." h) imp. et 4.4.4." i) solo 3. k) publice 1.